



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 120. Hæc septimi Canonis forma ab Hispanis Præsulibus rejecta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.

A.C. 1562

„nonem exortas, plures Conventus ha-
 „bere necesse est, quamvis rem prom-
 „ptius conficiendi voluntas haud dedit:
 „nihilominus ipsiusmet hujus mora
 „beneficio tandem tam opportuna hum-
 „Canonem exprimendi norma est ex-
 „cogitata, ut illam omnibus ac-
 „ptam fore, proin rem eo deducendan-
 „speremus, ut sine alia ulteriori mora
 „nisi quæ antea fuit præstituta, omnium
 „Patrum sententiis in unum coalescen-
 „tibus Sessio haberi valeat..”

Percipiamus igitur, qua ratione hic
 Canon in actis Paleotti conceptus lega-
 tur: *Anathema sit, si quis dixerit, Epis-
 coporum auctoritatem ordinandi, Con-
 mandi & docendi, non esse de jure diuina,
 seu potestatem jurisdictionis, quam habent
 Episcopi, non fuisse traditam a Christo in
 Romano Pontifice ipsius Vicario, qua ab
 ipso in Episcopos derivatur, cum in per-
 tem sollicitudinis assumuntur: aut qui di-
 ceret, Episcopos non esse Superiores Pre-
 byteris.*

§. CXX.

*Hæc septimi Canonis forma ab E.
 spanis Præsulibus rejecta.*

Pallav. l. c. Verum hujus Canonis norma, quam-
 vis ab omnibns acceptanda, hac-
 que ratione Patrum animi ad con-
 cordiam revocandi crederentur, Italis
 tamen



Sæc. XVI.A.C. 1562.

tamen ea minus placebat; quereban-
tur enim, quod Hispanæ Nationis Præ-
fulibus nimium indulgeretur, ac aliunde
prima hujus Canonis pars nimis ampla;
altera vero circa Episcoporum potesta-
tem nimium restricta foret. Verum
prudentiores Viri ceterorum difficul-
tates spernere, quam litigare malebant:
quapropter ambo Patriarchæ Jeroſoly-
mitanus ac Venetus Italorum Præſu-
lum nomine ita respondebant: Hispa-
nis placandis detur opera, sique hi
acquiescent hujus Canonis formæ,
tunc nos quoque ex pacis desiderio eum
recipiemus; si vero decertandum esset,
perspicuam clarioremque expetimus:
Attamen Hispanorum anima Petro Soto
tentati, nequaquam se faciles exhibue-
re; rejiciebat enim præprimis Grana-
tensis Archiepiscopus ea verba, *in par-
tem sollicitudinis*, quippe hic certum
non esse, contendebat, quod Episcopi
a Christo Domino per summum Pon-
tificem eius Vicarium suam potestatem
accipient.

§. CXXI.

Alia septimi Canonis formula pro- posita.

Seripandus Legatus, cum ob adver- *Pallav. l. 18.*
fam valetudinem nuperis Conventi- *c. 16. n 7.*
bus interesse præpediretur, vix com- *Ad Paleot.*
H h 2 *& Lit. Le-*
perta